



9



Mele votiva,
quæ
S P O N S O R U M N O V I T I O R U M
Sacris Tori jugalibus,
Viri Honoratiss.ⁱ Integerr.ⁱ Præstantiss.ⁱ
DN. PHILIPPI MILT
KAVI, Negotiatoris Berlinensis pri-
marij, secundum *S P O N S I:*

ET
Virginis illibatâ castimoniâ egregiissimâ,
URSULÆ,
Viri Excellentiss.ⁱ Clariss.ⁱ Doctiss.ⁱ
DN. JOHANNIS-GEORGI MAGNI,
Philosophiæ & Medicinæ Doctoris eximij, ut &
Practici utriusq; Republicæ experientissimi
celeberrimiq;, Filix,

S P O N S Æ,
boni ominis causâ
acclamabant

Scholæ Senatoriæ Coloniens:
COLLEGÆ SUPERIORES.

d. 17. IXbris

ANNO

C I D I O C X X I I I.

BEROLINI, Typis Georgij Rungij.



Agnoſ magna decent; magnum certamen amoris
Sponſum: ſed Sponſam magna pudicitia.
Magnos magna juvant, Sponſum juvat Ur-
(fulam amare,
Atq; juvat Sponſam Sponſe placere Tibi.
Magnis magna placent, Sponſo placet URSULA Magni:
Sponſe places Sponſæ, magnus amore places.
Magna decentq;, juvantq;, placentq; Juvante Jehovâ,
Dote decente placent, dote placente juvant.
Hac Tibi magna parit tua FILIA gaudia Magne:
Hac pariat Gnatos arte & honore pares.

M. Adamus Romanus Francof.
Rector.

Nobiliore locò præclarò ſtemmate naſci,
Et virtute genus condecorare ſuum:
HEBEN læſivæ præcellere flore juventæ:
nomen virgineos inter habere choros:
oris honore IDÆ; CHARISIN par eſſe lepore:
JUNONEM patrijs vincere divitijs:
laude pudicitæ innuptam ſuperare DIANAM;
atq; aded cunctas integritate DEAS,
conſtituunt PUERAM, quam nec ſimulârit APELLES,
quam nec in artifiçi duxerit ære MYRON:
Faultos dico procos, in quorum tanta virago
ingreditur ſocium, SPONSA petita, torum.
Hos inter cur non mihi ſit MILTKAVIUS unus
iſtæ cunctorum? ne! præit iſ reliquos.

SPON-

SPONSAM SPONSUS habet, quam nomen clarat avitum.
qua virtuti uni destinat ingenium:

qua flos ætatis; qua dici casta meretur:

qua dotata satis, quæq; venusta satis.

SPONSA puellarum jubar est: SOCER alter Apollo:

pro sapientem propter magnificanda NURUS.

Felicem SPONSUM! cui laude excelsior omni
in gremium Virgo calfacienda ruit.

Insignem GENERUM! Soceri magè nomine clarum,
Splendidò honore Nurûs eximiumq; magè.

Quid precer his SPONSIS? Magnis ego magna precabor,
det majora DEUM Maximus ille, prece.

Vivat MILTKAVIUS! neptes creet atq; nepotes
consimiles soceri, consimilesq; nurûs.

MAGNA supersit item magnos aliquando datura!
Nominibus solitant omina inesse suis.

Johannes Robachius
Con. Rector.

MILTKAVIUS A MAGNA SUA ET TOTUS,
& semper.

Nulla mihi potius felix illuxerit hora,
quàm non sis felix, o mea Magna mihi.
Quin potius: Mihi quæ felix illuxerit hora
si non sis felix, o mea Magna mihi?
Sis felix mihi; sic felix illuxerit hora
Sis facilis, felix sis maneasq; mihi.

MAGNA A MILTKAVIO SUO ET TOTA,
& semper.

Miltka-

Miltkavi tibi sum felix, mea sola voluptas,
Sum facilis, felix sum, mea vita, Tibi.
Nam quid dissimilem? cingunt me indagine amores
Nec respirandi tempus & hora datur.
Non mea, sed tua sum: sic me novus impulit ardor,
Impulit in casses, traxit & usq; tuos.
Me nive, me flammis, me fulminis igne lacesse,
per juga, per freta me si lubet, alta trahe;
Non mea, sed tua sum; Tibi me novus ardor adunat,
Sum facilis, felix sum maneoq; Tibi.

VOTUM GAMICUM.

*Sit felix precor, ò felix MILTKAVIUS, & qua
diditur in socium MAGNA petitorum!
MILTKAVIO sua MAGNA, suo nova nupta Marito
Sit felix, facilis sit maneatq; precor.
Pancaprecor, sed magna precor; majora precabor,
audiat hac Magnus, si mea vota DEUS.*

M. Christianus Crabatius
Sub-Rector.

FINIS.



ULB Halle
002 677 830

3



56

Nv 1999

(1/69.)

VDA







...a,
VITIORUM
...ibus,
...r. i Præstantifs. i
PI MIL T=
Berlinensis pri-
SPONSI:

...ia egregijssima,
...Æ,
...rifs. i Doctifs. i
ORGI MAGNI,
...ctoris eximij, ut &
...æ experientissimi
Filix,

...ausa
...t
Colonienf:
RIORES.

XIII.
...eorgij Rungij.

